Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Domine deus meus in te speravi salvum
me fac ex omnibus persequentibus me et
libera me Ne quando rapiat ut leo anima
meam dum non est qui redimat neque qui sal
vum me faciat Domine deus meus si feci
istud si est iniquitas in manibus meis si
reddidi retribuentibus mihi mala decidam
merito ab inimicis meis inanis Persequatur inimicus anima meam et comprehendat
et conculcet in terra vitam meam et gloriam meam
in pulvere deducat Exurge domine in ira
tua et exaltare in finibus inimicorum meorum
Exurge domine deus meus in precepto quod
mandasti et synagoga populorum circumdabit te
Et propter hanc in altum regredere dominus
iudicat populos Iudica me domine secundum
iustitiam meam et secundum innocentiam meam
super me Consumetur nequitia peccatorum
et dirigites iustum scrutans corda et re
nes deus Iustum adiutorium meum a domino
qui saluos facit rectos corde Deus iudex
iustus fortis et patiens numquid irascitur
per singulos dies Nisi conuersi fuerit gladium
suum fibrauit arcum suum et tetendit et pa
rauit illum Et in eo parauit vasa
mortis sagittas suas ardentibus effecit
Ecce parturiit iniustitiam et concepit dolorem
et peperit iniquitatem Lacum aperuit et
effodit eum et incidit in foueam quam fecit
Conuertetur dolor eius in capitem eius
descendet et in verticem ipsius iniquitas
eius descendet Confitebor domino
secundum iustitiam eius et psallam
nomini domini altissimi Psalmus